

276 [= 359] Saponarae in aedibus Pauli Roselli.

VIVEDIO VEL
LCO · VIVEDIA · S
ILVANA · COIV
GI · BE · M · F
5 C · Q · V · AN ·
XV

Descripsi ego, recognovit Brunn.

277 [= 362] Saponarae.

D I C I L L A E
L V C I L L A E
Q V A E · V I X I T
ANNIS · XL · PRAE
5 TVMEVS · CHRES
TILLVS · CONIVGI
B · M · F

Roselli ms. et ed. p. 120.

Versus aliter distribuit ed. et dedit 3 QVE,
6 TILIVS. Corrupta videtur, non falsa.

278 [= 363] Saponarae.

D · M
HENI · MATRI · FELICAO
ET · OCTABIANA · B · M · F

Roselli ms.

Fortasse AGATHENI · MATRI · FELICIO.

279 [= 364] litteris maximis. Saponarae in aede D. Mariae BVCH. In hortis Danii EGO.

V · Q · FAE

Descripsi. Vorstius apud Buchellium II EE 8.
V · Q · FAB Buch.

280 Saponarae ad S. Laverii.

//////// R · D · S · P

A Caputio Iannellius.

281 Saponarae ad S. Laverii.

///
// ES
// EL
// FRO
5 // OIVGI

Descripsit Brunn.

282 [= 370] Saponarae in hortis Danii.

MARITO · BE
NEMERENTI
V ANNOS LIX

Descripsi.

283 [= 371] Saponarae in hortis Danii.

B · DE · SVO

Descripsi.

XVI. TEGIANVM (Diano).

Tegiani auctores non meminerunt excepto libro coloniarum, in quo p. 209 inter ceteras Lucaniae praefecturas nominatur *Tegenensis*; nisi praeterea ad idem oppidum pertinent Plinii (3, 11, 98) *Tergilani*¹⁾. Sed adsunt tituli duo Paestanus n. 482 et Cumanus (I. N. 2569) curatorum rei publicae *Tegianensium*, per quos de nomine constat. Domestici, inter quos unus est Osce scriptus litteris Graecis ex Mannellii schedis editus post Corciam (*stor.* 3, 99) et Macchiarolium p. 271 accurate a Corsseno (ephem. epigraph. Berol. 2 p. 153), rei publicae nomen cum non enuntient, enuntiant gentilicium inde ductum *Tegianensis* (n. 316) vel *Tegcanensis* (n. 317). Oppidum ibi fuisse, ubi nunc est Diano civitas, satis constat propter eruderatas ibi bases

1) In actis quae dicuntur S. Laverii scriptis a. 1162 (Ughelli 7, 488. 493) qui nominatur vicus *Tergia* num sit Tegianum oppidum, non constat.

sustinentes olim imperatorum statuas positas ex decreto decurionum (n. 286. 287. 288) similiaque alia (n. 290) ibi inventa; sed magistratus non nominantur praeter quaestorem n. 290 nec quicquam nobis notum est de rei publicae condicione. Padulae tituli inventi n. 291. 292, si quidem eo ipso loco effossi sunt nec ad opus faciendum advecti, videntur superesse ex sacrario aliquo ibi aedificato. — Comprehenduntur hoc capite tituli quicunque innotuerunt ex valle Dianensi sive Tanagri fluvii superiore, id est reperti ad vicus S. Maria di Cadossa, Montesano, Padula, Sassano, la Sala, Diano.

Ad auctores Lucaniae communes accedit Stephanus MACCHIAROLI canonicus Dianensis tam scripto libro (*notizie di S. Cono*), quem a. 1846 apud ipsum inspexi, quam edito (*Diano e l'omonima sua valle*. Neapoli 1868. 8. pp. 273), sed pessimus; nam quidquid attingit, corrumpit.

284 ara Padulae in casa rustica Antonii Palmae in vico S. Christophori.

AESCVLAPIO · A
SACRVM · A
HERCVLANIVS · A
ACT · A
5 EX · A · VOTO

Ant. Iannellius dedit descriptam a fratre Marcello.

285 [= 271] prope Dianum in castaneto, scriptum in saxo ingenti. Titulum adhuc extare, sed reperire se non potuisse rettulit KAIBEL.

<i>traditur sic:</i>	<i>restituere sic:</i>
.....COS.....	IMP · L · AVREL · COMMODO
IMP · KAVREL....	p. C. 177 COS
EI · QVINTINO....	ET · QVINTILLO
PRO · SALVTE....	PRO · SALVTE
5 APRVLIAE · N....	BRVTIAE · CRISPINAE
IDAEVS ACI....	IDAEVS · ACT · EIVS
.....L · I · AE....	V · L · L · M · S

Ex canonici Macchiaroli *notizie di S. Cono* ms. — Restituta lectio eo commendatur, quod hoc anno 177 Commodus et imperator factus est et coniugem duxit Bruttiam Crispinam filiam Bruttii Praesentis hominis Lucani (cf. n. 408 Volceianam; Plin. ep. 7, 3). Commodi nomen puto erasum fuisse.

286 [= 272] Diani in foro. Statua nunc superposita Faunum repraesentat.

SEVERO AVG
PVBlice
D D
P P

Descripsi ego, contulit Brunn. Mannelli ms. 2, 283 et in vol. extremo; Como a. 1735 apud Mur. ms., Procaccelli ms. 1735, A. S. Mazochi ms., hi tres eodem exemplo; Albi-Rosa p. 68; Macchiaroli p. 122.

D · N · VIBIO supplet Mann.

287 [= 273] Diani infra porticum ecclesiae S. Andreae Apostoli.

IMP C VALERIO
FLAVIO CONS
TANTINO P F
AVG
5 D N M e

Descripsi ego, recognovit Brunn. Mannelli Luc. ms. 2, 283 et in vol. extremo; A. S. Mazochi ms.

5 D N / L Brunn, D N ego, D D Mann., om. Maz.

288 [= 274] basis litteris stilo potius quam scalpro exaratis. Diani in foro.

IMP
AA GALERIO
MAXIMIA
DIVC//
5 D

Descripsi, sed ut mihi non satisfacerem; recognoverunt Brunnus et Kaibelius. Mannelli Lucania ms. 2, 286 et in fine voluminis; Macchiaroli p. 133.

2 AA Brunn et Kaibel, N mihi visum est. — GALERIO ego. — 3 MAXIMO ego errore. — 4 DIVC// Kaib. dubitans, BN Brunn dubitans, DOM mihi visum est.